

Johann Cothmann

**Prodromus Invictae Demonstrationis, Quo Papistas Quinti Evangelii, Sive  
Doctrinae Scripturis contrariantis, esse professores clare ostenditur. Lutheranos  
vero, sive protestantes, doctrinam orthodoxam sacrarum literarum fontibus  
conformem proponentes, falso hoc titulo insigniri, solide demonstratur**

Rostochii: Kilius, 1648

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn738371343>

Druck Freier  Zugang



Ru. Med. 1648

Lothmann, Johannff  
Prodomus.




**PRODROMUS INVICTÆ DEMONSTRATIONIS, QUO PAPISTAS QUINTI EVANGELII, SIVE DOCTRINÆ SCRIPTURIS contrariantis, esse professores clarè ostenditur. Lutheranos verò, sive protestantes, doctrinam orthodoxam sacrarum literarum fontibus conformem proponentes, falsò hoc titulo insigniri, solidè demonstratur.**

**Accesfit ob materiæ similitudinem colloquium, publicè Rostochii, in auditorio Majori, ante Octodecim annos, in magnâ hominum eruditorum utriusq; religionis frequentiâ cum Jesuita Johanne Gregorij habitum.**

*Auctore*

**JOHANNES COTHMANNO,**  
 S. S. Theol. Doctore & Professore ordinario.



ROSTOCHII,  
 Typis NICOLAI KILLII, Acad. Typogr.  
 ANNO M. DC. XLVIII.

Illustrissimis ac celsissimis principibus  
ac Dominis

DN. CHRISTIANO

DN. CAROLO

DN. JOHANNI GEORGIO,

DN. GUSTAVO RUDOLPHO

DN. FRIDERICO

Ducibus Megapolitanis, prin-  
cipibus vetustæ gentis Henetæ, Comi-  
tibus Suerini, terrarum Rostochij & Stargar-  
diæ Dynastis, Dominis meis cle-  
mentissimis,



Illustrissimi ac Celsissimi  
principes ac Domini &c. Do-  
mini mei clementissimi cum be-  
neficia generi humano, à patre  
misericordiarum concessa, me-  
mori recolimus mente, varia illa  
sunt, ut meritò DEI misericordiam de prædican-  
tes, nostramq; indignitatem agnoscentes, devo-  
tâ mente exclamemus: impares sumus ô Domi-  
ne beneficiis ac miserationibus tuis, servis tuis  
præ-

præstitis. Illorum beneficiorum ultimum non  
est, religionis per virum Dei Lutherum, à densis-  
simis papatus tenebris, juxta Dei verbum uni-  
cam rerum credendarum regulam, facta restituti-  
o. Unde laus Deo effectum est, ut cum antea fa-  
bulæ, juxta Apostoli vaticiniū, auditoribus pro-  
positæ, nunc syncerum Dei verbum, è lympidissi-  
mis Israël fontibus, hauriamus. Ante B. Luth  
ac etiam nū in papatu, dicta fuit Maria Spes & au-  
xilium nostrum, advocata nostra, sancta sancto-  
rum, & Dea nostra, Mater omnium gratiarum.  
Hortulus animæ illam vocat mediatricem inter  
Deum & homines. Stellarium coronæ benedi-  
ctæ virginis, Mariam per arcum in nubibus præ-  
figurata ait. Et eandem caput serpentis contri-  
visse. Et eò blasphemix allegatus liber procedit,  
ut causam assignet, cur aliquando promptius ex-  
audiantur invocantes nomen Mariæ quam Chri-  
sti, quia Maria sit porta cæli. Et Christiani simpli-  
ces excusantur, qui plus afficiuntur devotione  
ad beatam Mariam, quam ad Christum quia mun-  
dus salvatus sit, mediante beata Maria. Ac error  
iste tam altas egit radices, ut nostro tempore li-  
ber publici juris factus sit Anno 1627. cui titulus  
*unser lieben Frauen Haupt* privilegium. In illo,  
horresco referens, decretum esse factum dicitur,  
in consortio S. S. Trinit. Deum nihil nobis da-  
turum

2. Tim. 4  
v. 3.

Gabriel  
Baraleta,  
in suis ser-  
monibus.

rurum, nisi per manum ac intercessionem Mariæ.  
Et felices eos prædicat, qui se mancipia *Sclaven*  
Mariæ profitentur. Quia omnibus creaturis im-  
peret, imo ipsum creatorem, Mariæ subjectū esse  
blasphemo ore eructat. Hinc adeo pontificij  
extulerunt Mariam, ut eandem soli Deo tribuen-  
dæ gloriæ conjungant: ita enim pererius Jesui-  
ta tractatum in Genesin concludit: laus DEO,  
Deiq; genetrici Mariæ. Bellarminus similiter  
Tom. 3. claudit, ut & ejus hyperaspistes Gretse-  
rus Tom. 1. finit? Qui idem Deum laudat, quod  
intercessione Mariæ Tom. 2. absolverit. Sexen-  
ta alia in hanc sententiam adduci possent. Sed  
hæc sufficiant. Ex hisce enim satis luculenter  
quintum pontificiorum Evangelium verbo Dei  
revelato contrarium conspicitur. Scriptura in-  
quit: Beati qui sperant in Dominum, nam male-  
dictus vir ille, qui fiduciam habet in homine, &  
statuit carnem brachium suum. Benedictus vir  
ille qui fiduciam habet in Jehova, & cujus con-  
fidentia est Jehova. Conferantur præcedentia,  
ubi Maria dicitur spes & auxilium nostrum. Chri-  
stus solus est noster apud patrem advocatus &  
intercessor, adeo ut nemo veniat ad patrem nisi  
per illum. Quia non est aliud nomen sub cælo  
datū, in quo nos oporteat salvos fieri, nisi in no-  
mine

*Jer. 17. v. 5.*  
7.

*1. Job. 2. 2.*  
*Rom. 8.*  
*v. 34.*  
*Job. 14. v. 6*

mine Jesu, quoniam ille mediator est inter Deum  
offensum, & homines Deum offendentes. Con-  
ciliantur cum his antè dicta, quibus Maria con-  
stituitur mediatrix inter Deum & homines, quia  
caput serpentis contriverit, quæ se invocantes  
promptius exaudiat quam Christus. Unde sim-  
plices Christiani sint excusandi, qui plus afficiun-  
tur devotione ad beatam Mariam. Scriptura or-  
thodoxa Christianos vocat homines liberos ob  
Christum qui libertatem nobis acquisivit. Ap-  
pellat eosdem Dei filios ac hæredes, & Christi co-  
hæredes. Illudq; beneficium, ut par est valde  
exaggerat, Johannes, videte inquit, qualem cha-  
ritatem dedit nobis pater, ut filii DEI nomine-  
mur. Quintum pontificiorum Evangelium nos  
vocitat Mariæ mancipia **Sclaven** & felices eos  
prædicat qui se mancipia illius profitentur. Quo-  
niam ob illius intercessionem exaudiamur. Or-  
thodoxa veritas gloriam DEO debitam alteri  
non dat. Quintum pontificiorum Evangelium  
Mariam in consortium Trinitatis admittens,  
DEO ac virgini Mariæ, gloriam & laudem tri-  
buit. Institutio testamentalis S. cænæ laicos ad  
utriusq; speciei participationem admittit, idq;  
repetitione paulinâ cõmprobat. Quintum ad-  
versariorum Evangelium, laicos ab integri sacra-

Joh. 8. v. 36

Gal. 5. v. 1.

Rom. 8. v. 17

1. Joh. 3.

v. 1.

Eph. 4. v. 2

1. Cor. 11.

v. 23.



Concil.  
Trident.  
Sess. 13.

menti participatione, ne desit impietas sub in-  
dictione anathematis, arcet, Et quamvis veritas,  
Christus scil. sub utraq; specie sacramentum S.  
cænæ instituerit; hoc tamen non obstante, Quin-

Luc. 7. v. 35

Et ita justificata est sapientia à suis filiis. Affir-  
mat scriptura legem esse jugum ἀβάσκητον seu im-

Act. 15. v. 11

Rom. 8. v. 3

Gal. 3. v. 21

1. Reg. 8.

v. 46.

portabile, continens aliquid ἀδυνάτη. Unde ho-  
minem post lapsum vivificare nequeat, quia nul-  
lus hominum sit sine peccatis; peccatorem au-  
tem, id est legis transgressorem, legem perfectè  
implere non posse, contradictoria enim sunt:  
perfectè implere legem, & tamen esse peccato-

Lib. 4. de

just. cap. 12

rem, sive legis prævaricatorem. Sed Bellar. hæc  
duo esse compatibilia arbitratur: duas enim esse  
quæstiones: utrum præcepta servari possint, &  
an homo possit vivere absq; peccato. Sed per-  
pende Bellar. ex Johannis definitione, peccatum

1. Job. 3. v.

esse ἀνομίαν sive illegalitatem. Ubi ergò est ἀμαρτία  
ibi sequitur ἀνομία & viceversa. Quæ ita dilucida  
sunt, ut nullâ solidâ ratione negari queant. Sed  
hæc hac vice sufficiant. Ad vos Illustrissimi ac  
celssissimi principes ac Domini Dnn. mei cle-  
mentissimi me converto, ac VV. CC. has lucu-  
brationes submissè confesco. Eoq; ipso me  
meaq; studia VV. C. C. commendo, Deus pater  
mise-

miseriçordiarum sub novi anni initium, ac deinceps ad seram, si quæ futura est posteritatem, Illustrissimam profapiam, ac regiam stirpem Megapolensem tueatur ac defendat, omnem alū clementer avertat, pacem benignè restituat, ac nomini ejus laudes cantabimus in seculum. Dab. Rost. 5. Jan. Anno 1648.

*Celsitudinum VV. subjectiss*

Johannes Cothman, D.



Nomina Respondentum qui  
se in hac materia exer-  
cuerunt

JONAS STEPHANI LIPPIUS,  
Calm, Suecus,

JOHANNES BRECKELINGIUS,  
Holsatus,

ADAMUS WERKAMP, Her-  
vord, West.

JOACHIMUS WESTPHAL,  
Stralsund. Pomer.

WILHELMUS ab HILLEN, Osnabr,  
West.

CUNRADUS Schmidt / Flota-West.


*In repetitione colloquii, cum Jesuita publicè instituti,  
solertem se dedit.*

M. HEINRICUS KRAUSE, Tor-  
ga-Misnicus, nunc Theologiæ Doctoran-  
dus, pastor & Superintendens VVeissen-  
feldensis.

os(o)90







mine Jesu, quoniam ille mediator est inter Deum  
offensum, & homines Deum offendentes. Con-  
ciliantur cum his antè dicta, quibus Maria con-  
stituitur mediatrix inter Deum & homines, quæ  
caput serpentis contriverit, quæ se invocant  
promptius exaudiat quam Christus. Unde sim-  
plices Christiani sint excusandi, qui plus afficiun-  
tur devotione ad beatam Mariam. Scriptura Or-  
thodoxa Christianos vocat homines liberos & filios  
Christum qui libertatem nobis acquisivit. Ap-  
pellat eosdem Dei filios ac hæredes, & Christi  
hæredes. Illudq; beneficium, ut par est valde  
exaggerat, Johannes, videte inquit, qualem chari-  
tatem dedit nobis pater, ut filii DEI nominemur.  
Quintum pontificiorum Evangelium nuncupat  
vocitat Mariæ mancipia *Sclaven* & felices e-  
piscopos prædicat qui se mancipia illius profitentur. Quoniam  
nam ob illius intercessionem exaudiamur. Or-  
thodoxa veritas gloriam DEO debitam alteri  
non dat. Quintum pontificiorum Evangelium  
Mariam in consortium Trinitatis admittit  
DEO ac virgini Mariæ, gloriam & laudem tribuit.  
Institutio testamentalis S. cænæ laicos ad  
utriusq; speciei participationem admittit, id  
repetitione paulinâ comprobatur. Quintum  
apostolorum Evangelium, laicos ab integri sacra-  
menti

A 3

